

9) Sic dicta ab altitudine centum pedum. Cf. Calderini ap. Petersen (v. not. 6 p. 50. — 10) 19 Aug. 193. — 11) Curatores ut videtur operum publicorum (fortasse ad alterum pertinet N. 4438). — 12) 7 Sept., 13) 11 Sept. 193.

**5921** [T.] Septumius | [S]abinus | aed. cur.<sup>1</sup> | areas a cippo | ab (sic) Tiberim | attrib. . . .

*Romae rep. in alveo Tiberis, cum fundamenta iaciuntur novi pontis, paullo supra insulam, cippus (VI 34759 descr. Vagliari; Bullett. comunale 1885 p. 400 n. 1018). — 1) Alium titulum ab eodem aedile curuli positum memorat Plin. h. n. 54, 93; cf. etiam VI 26258.*

**5921<sup>a</sup>** permissu | aedilium Cn. | Aninius Fortunatus occup.

*Pompeii pictum in uno ex arcibus amphitheatri (IV 1096 semel descripta anno 1813). De hoc similibusque titulis eodem fere loco extantibus IV 1096<sup>a</sup> (p. 202). 1097 seq. 2996. 2996<sup>a</sup>, dixerunt Schoene Herm. 4, 438; Mommsen Staatsr. II<sup>3</sup> p. 508 not. 1.*

## Termini.

*Terminos pomerii urbis Romae habes supra N. 213. 248. 511 (iam accedit Notizie degli scavi 1900 p. 45), terminos agri publici Gracchanos N. 24 seq. (accedit Notizie 1897 p. 119).*

### Termini riparum Tiberis.

**5922<sup>a</sup>** M. Valerius M. f. | M'. n. Messal., | P. Serveilius C. f. | Isauricus<sup>1</sup> ces.<sup>2</sup> | ex s. c. termin.

**5922<sup>b</sup>** P. Serveilius C. f. | Isauricus, | M. Valerius M. f. | M'. n. Messall.<sup>1</sup> | cens. | ex s. c. termin.

*Prope Roman rep., cippi duo, alter in dextra ripa Tiberis paullo supra pontem Milvium, alter in sinistra ripa paullo infra eundem pontem (VI 34540<sup>a, c</sup> hunc vedit Huelsen, illum vidit et fortasse solus servavit Fea). Similes cippi praeterea sedecim (connumerato eo qui sequitur) reperti sunt (VI 34540<sup>b</sup> seq.; Notizie degli scavi 1896 p. 524, 1897 p. 40, 252); unius ex his imaginem edidit Ritschl tab. LXXXIXA. — 1) De Messalla cf. supra N. 46. P. Servilius Isauricus intellegitur is qui consul fuit a. u. c. 673. Censorem utrumque fuisse testatur Valer. Max. 8, 5, 6, 9, 14, 5; gesserunt censuram anno 699/700, cf. Momms. C. I. L. I p. 479 (ed. I). Quod olim coniecerant, Messallam ripam dextram, Isauricum sinistram terminavisse, ut alterius nomen in terminis ripae dextrae, alterius in terminis ripae sinistre priore semper loco sit (C. I. L. I l. c.), id iam refutatum est (cf. Huelsen C. I. L. VI p. 5409). — 2) In reliquis omnibus cippis est cens.*

**5922<sup>c</sup>** M. Valerius M. f. M'. n. | Messalla, | P. Servilius C. f. Isauricus, | censores | ex s. c. termin. r. r.<sup>1</sup> prox. cipp. p. . . . | Curatores riparum qui primi terminaverunt | ex s. c. restituerunt<sup>2</sup>.

*Infra urbem rep. in dextra Tiberis ripa, ad pontem qui nunc est viae ferratae, mille fere pass. a porta Portuensi (VI 34540<sup>1</sup> pleniorum quam 1612. VI 1234<sup>c</sup> descr. Vagliari Bull. comunale 1894 p. 255). — 1) Recto rigore (sic in alio termino Tiberino N. 5932), item infra N. 5947<sup>a</sup> et alibi. — 2) Cf. N. 5923<sup>a</sup>. 5924<sup>d</sup>.*